

sine naturarum cognitione, quærent perficere opera
naturæ, & secretum totius philosophiæ, ac opus opti-
mum, quod hominem ornat moribus, ditat beneficijs,
auxiliatur pauperibus, & corpus humanum incolume con-
seruat, præbens ei sanitatem, prout potest dicere de illius
naturæ uirtute. Et ideo omnes artis huius apicem diligen-
tes, studijs conëtur insistere, & ex libris haurire uerita-
tem, et non ex mendosis, alias nidosis, neq; fabulis fictis.
Quia hæc ars non inuenitur nisi per continuū studium, &
philosophorum dictorum cognitionem, aut per fidelem sci-
entem informationem. Nam qui in legendis libris deses-
extiterit, in præparandis rebus promptus esse non
poterit. Item non potest de facili practi-
cæ assuescere, cuius mens studijs
theoricis renuit in-
sudare.

DE